Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



fuisti. Iuuta: dixit. Et hic cū illo erat. At ille negauit eū di-
cens. Mulier nō noui illū. Et post pusillū alius uidens eum
dixit. Et tu de illis es. Petrus uero ait. Ohō: nō sū. Et inter
uallo fere quasi hore unius. alius quidā affirmabat dicens.
Vere i hic cū illo erat. nam i galileus est. Et ait petrus. Ho-
mo nescio quid dicis. Et continuo adhuc illo loquēte: gallus
cantauit. Et conuersus dōs respexit petrū. Et recordatus est
petrus ūbi dixerat: quia prius quā gallus cantet
ter me negabis. Et egressus foras petrus: flenit amare.
Et uiri qui tenebant ihū illudebant ei. Et uelauerunt eū i
percutiebant faciē eius: i interrogabant eū dicentes. Prophe-
ta. Quis est qui te percussit. Et alia multa blasphemantes
dicebant ī eū. Et ut factū est dies. conuenerūt seniores plebis.
i principes sacerdotum i scribe. i duxerunt illū in conciliū suum
dicentes. Si tu es xpc dic nobis. Et ait illis. Si uobis dixero:
nō creditis mihi. Si autē i interrogauero: nō respondebitis
mihi neq; dimittetis. Ex hoc autē erit filius hominis sedens
a dextris uirtutis dei. Dixerunt ergo omnes. Tu ergo es filius dei.
Qui ait. Vos dicitis: quia ego sum. At illi dixerunt. Quid
adhuc desideramus testimoniū: Ipsi enim audiuimus de ore eius. Et
surgens omnis multitudo eorū: duxerunt illū ad pylatū. Cepe-
runt autē illū accusare dicentes. Hunc inuenimus subuer-
tentē gentē nram i prohibentē tributa dari cesari: i dicentē se
ipm regem esse. Pylatus uero interrogauit eum dicens. Tu
es rex iudeorū. At ille respondens ait. Tu dicis. Ait autē py-
latus ad principes sacerdotum i turbas. Nihil inuenio cause
in hoc homine. At illi ualeualebant dicentes. Commouet po-
pulum docens per uniuersam iudeam i incipiens a galilea usque
huc. Pylatus autē audiens galileam: interrogauit si ho-